

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI.

Fr. Minister Generalis totius Ordinis huic Sacrae Indulgentiarum Congni sequentia dubia dirimenda proposuit :

I. An in decretis Sanctae Sedis, praecipientibus res Indulgentiis ditatas fidelibus omnino gratis tradi debere, comprehendantur pia objecta quae Loca Sancta tetigerunt, quaeque a Commissariis Terrae Sanctae distribuuntur fidelibus justo pretio, aliquando titulo eleemosynae, recepto ?

Et quatenus affirmare.

II. Quum, 1. mos jamdiu existat apud commissariis Terrae Sanctae retinendi penes se aliquod depositum piorum abjectorum, quae Loco Sacra Terrae Sanctae tetigerunt aequae tradendi fidelibus, qui illa magna devotione prosequuntur ; et 2. gratuito tradi minime possint praefata objecta ab innumeras expensas pro eorundem emptione et asportatione occurrentes ; et 3. tandem quam plurimae amitterentur eleemosynae quae admodum sunt necessariae custodiae et conservationi Sanctorum Locorum ; quaeritur an expediat ab has rationes suprema auctoritate Sedis Apostolicae declarare, aedem pia objecta, quae a praedictis commissariis distribuuntur, non comprehendendi in relatis Decretis.

III. Tandem si praedicta objecta Indulgentiis careant ob donationem et transmissionem ad alias personas, an dictae Indulgentiae Locorum Sanctorum eisdem iterum applicari valeant a Sacerdotibus facultate munitis applicandi piis objectis Indulgentias Apostolicas ?

Et Emi PP ad Vaticanum in generali Congregatione coadunati propositis dubiis rescripserunt :

Ad I. *Affirmative*, seu comprehendendi.

Ad II. *Negative*.

Ad III. *Non expedire*.